Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35421
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

ad vesperam. Et sument
de sanguine eius et po
nent super utrumque postes:
et in superliminaribus do
morum: in quibus comedent illum. Et edent no
cte illa carnes assas igni: et azimos panes cum
lactucis agrestibus. Non
comedetis ex eo crudum quid
nec coctum aqua: sed assum
tantum igni. Caput cum
pedibus eius et intestinis vorabitis et os eius
non confringetis: nec re
manebit ex eo quicquam
usque mane. Siquid re
siduum fuerit: igne com
buretis. Sic autem come
detis illum: Lumbos vestros
accingetis: et calceamenta habebitis in pedibus
tenentes baculos in ma
nibus: et comedetis festi
nantes. Est enim phase
id est transitus domini.
Tractus. Eripe me domine
ab homine malo a viro in
quo liberabis me. ℣. Qui cogi
tauerunt malicias in corde
tota die constituebant pre
lia. ℣. Acuerunt linguas
suas sicut serpentes veneni
um aspidum sub labiis eorum.
℣. Custodi me domine de ma
nu peccatoris et ab hominibus
iniquis liberabis me. ℣. Qui co
gitauerunt supplantare
gressus meos abscondeRunt superbi laqueum mihi.
℣. Et funes extenderunt in
laqueum pedibus meis.
iuxta iter scandalum posuerunt mihi. ℣. Dixi domino deus meus
es tu exaudi domine vocem o
rationis mee. ℣. Domine domine
virtus salutis mee. obum
brasti super caput meum in
die belli. ℣. Ne tradas
me a desiderio meo peccatoris
cogitauerunt adversum me
ne derelinquas me ne vn
quam exaltent. ℣. Caput cir
cuitus eorum labor labiorum
ipsorum operiet eos. ℣. Iste
tui iustos confitebuntur nomini tuo: